



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

83 Episcopi uti Sedis Apostolicae delegati, etiam officiales sanctae Inquisitionis, & professores in aliqua Vniversitate exemptes, ad solutionem legatorum piorum compellere possunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

rum, constitutionum, & consuetudinum, ac de defectu intentionis ejusdem Sedis Apostolicæ cognoscere possunt, *cap. 14. de refor. sess. 24.*

80 Decimononò in † omnibus monasteriis monialium Episcopis non subjectis Sedis Apostolicæ auctoritate, Episcopi clausuram visitare possunt, & ubi clausura violata fuerit, ut restituatur, ubi verò fuerit inviolata, ut conseruetur, debent procurare, inobedientes, & contradictores per censuras ecclesiasticas, aliatq; pœnas, quacumq; appellatione postposita, compescendo. concil. Tridentin. *in cap. 5. sess. 25. de regul. & monial. & cap. 1. de statu reg. in 6.*

81 Vigesimo monasteria, † quæ sub immediata Sedis Apostol. protectione, ac directione regi consueverunt, tenentur quolibet triennio se in congregationem redigere, ibique certas regulares personas deputare ad formam *capit. in singulis de statu monach.*

Quòd si in his negligentes fuerint, Metropolitanus eorum negligentia tanquam

Sedis Apostolicæ delegatus, supplere potest, & si, Metropolitano instante, satisfacere non curaverint Episcopis in quorum diocœsibus monasteria sunt sita, tanquam Sedis Apost. delegatis, subduntur, *ut c. 8. de reg. & moniale. ead. sess. 25.* in pœnam negligentium observantiam regulæ, quam servare tenentur, *ut in cap. exiit, de verb. signific. in 6. & in clement. 1. eod. titulo.*

Vigesimo primò possunt † etiam Episcopi ex dispositione sacri concilii Tridentini *cap. 8. de reform. sess. 22.* tanquam Sedis Apostolicæ delegati, legatarios cogere ad soluendum legata relicta à testatoribus, juxta formam dicti *cap. 8.* etiam, si sint officiales sanctæ Inquisitionis, & ob id exempti à jurisdictione Ordinariorum, vel professores in aliqua Universitate ratione litterarum conservatoriarum, quæ eximunt à jurisdictione ordinaria, non autem à delegata à Sede Apostolica, ut per sac. congreg. fuit decilum *super eodem, cap. 8. in decis. sub titulo. Patavina, & in 9. consuetudine etiam.*

## DE COLLATIONE BENEFICIORVM

### Cap. III.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Collatio beneficiorum de jure communi Episcopis competit, quocumque tempore vacant.
- 2 Collatio beneficiorum regulariter hodie

Episcopis in quatuor duntaxat mensibus spectat.

- 3 Collatio beneficiorum vigore alternativa ad Episcopos in sex mensibus est concessa.
- 4 Al-